

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Clement IV, Pope of Rome. Bullae Papae Clement IV: Cum dilectis filiis.... dated 5th May 1265.

- Transcribed in: Laerzio Cherubini, Angelo Maria Cherubino. Magnum bullarium romanum, a B. Leone Magno vsque ad S.D.N. Innocentium X. P. Borde, L. Arnaud & C.I. Rigaud, Lyon, 1655, vol.1, p.158-159

5.v.1265 Italy	Pope Clement IV	Papal Bull given in favour of the Order
-------------------	-----------------	---

Privilegia Fratrum Militum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani. II.

Amplioribus decorata est indultis hac Militia, ut videre est infra in Pio IV. in const. 95. Inter affiduas. & Pij V. const. 28. Sicuti. ubi plene notabo.

C L E M E N S E P I S C O P U S, Edita An. D. 1265.
Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbasibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archipresbyteris, & aliorum Ecclesiarum Prelatis, ad quos ista littera pervenerint. Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum dilectis filiis, Magistro & Fratribus Militie Hospitalis S. Lazari Hierosolomitani, fuerit à fact. recor. Can. l. in un. l. r.
 Innocentio Papa prædecessore nostro indultum, & à nobis postmodum confirmatum, ut semel in anno recipiantur in Eccle. ad eleemosynas colligendas: quidam autem vestrum avaritiæ ardore succensi, Confratrias suas Confraternitati illorum eadem die ipsorum adventu præponunt: & sic Fratres ipsi confusi, aut nihil exinde, aut modicum consequantur.

§. 1. Quis igitur hoc est indecens, & in contemptum Fratres Mo) pialis fact in annos a colligendas eleemosynas admittantur. Vido Concil. Trid. sess. 21 cap. 8.
 Dei Ecclesieque Romanæ redundat, prædecessoris ipsius vestigiis inhaerentes, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus cum Fratres ipsi loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint, benigne recipiatis, & honeste tractetis, eisdem ipsis Ecclesiis vestris admonere populum, & eleemosynas querere permittatis, Confratrias quas facere potestis quotidie, ipsorum Confratriis, quæ semel in anno fiunt, nullatenus præponentes, ne occasione illarum, eleemosynæ pauperum Christi depereant, & impediantur opera pietatis.

§. 1. De .

- Depositor*
de d. m.
de d. m.
de d. m.
- §. 2. De parochianis autem viris, qui domos illorum inuadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis molestiis opprimunt fratres ipsos, & tam deposita, quam res decipiunt eorumdem; cum exinde querimoniam posuerint coram vobis, tam districtam eis iustitiam faciatis, & ita iura eorum defendere & manutenere curetis; quod ipsi ad vos pro defectu iustitiae saepe recurrere non cogantur, & non sollicitudinem & obedientiam vestram debeamus merito commendare, vosque beneficiorum quae in sancta domo illa sunt, participes existatis.
- Ad hunc*
de d. m.
de d. m.
- §. 3. Praeterea, liberas & absolutas personas, quae domum eorum in sanitate vel infirmitate petunt, libere & sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc reciprocetis aliquatenus impedire.
- Episcopus*
par.
- §. 4. Illud etiam non mediocriter mouet nos, nec modicum Ecclesiae derogat honestati, quod quidam vestrum contra institutiones sanctorum Patrum in Bodonensi Concilio editas, Fratrum Militum, ac Donatorum ipsorum corpora quum decedunt, nolunt sine pretio sepeliri. Vnde quia tam praua exactio, & iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientiae vobis virtute praecipimus, ut nullo modo a Fratribus & personis praedictis vel aliis, pro sepultura quicquam exigere, vel accipere, nisi ipsa spontanea decedentium liberalitas, vel parentum deuotio vobis contulerit, acceptetis: sed absque villo pretio sepeliatis corpora mortuorum; ut si quis vterius hoc attemptauerit, taliter aduertatis in eum, quod familia non praesumat.
- Episcopi sunt*
de d. m.
de d. m.
de d. m.
- §. 5. Ad haec, praesentium vobis auctoritate praecipimus, ne ab eis contra tenorem priuilegiorum Apostolicae Sedis, de omnibus fructibus terrarum, quibus propria industria, aut expensis colunt & laborant, ac etiam de nutrimenti animalium suorum, nec de ipsis animalibus decimas exigere praesumatis.
- Leo alio*
de d. m.
- §. 6. Cum autem Oratoria, vel Coemeteria, secundum quod eis est beneficium priuilegiorum Ecclesiae Romanae concessum, duxerint construenda, vos Fratres Archiepiscopi & Episcopi eis, pro se, & familia sua tantum, Oratoria orantium dedicare, ac Coemeterium benedicere procuratis, nec aliquis vestrum contra tenorem priuilegiorum ipsorum, id impedire audeat aliquatenus, vel turbare.

*De veteri
habitu
militum.*

§. 7. De cetero quoque, Fratres seu milites, ac Donatos militie prefati Hospitalis in vestris Episcopatibus constitutos, qui Crucem & diuinum habitum deponunt, & quod ac per illecebras sanul & vitiorum abrupta vagantur, & illos etiam, qui prioribus suis contumaces & rebelles existunt, & bolinas detinent contra voluntatem ipsorum, moneatis instanter, & pro officij vestri debito compellatis, vt habitum depositum reassumentes, in obedientia Prælatorum suorum deuote & humiliter perscuerent, & bolinas, siue alia officia per violentiã nullo modo detinere presumant. Quicumque autem mandatorum vestrorum extiterint contempiores, excommunicationis sententia eos compellatis, quam faciatu vsque ad satisfactionem condignam inuolabiliter obseruari. Præterea, quicumque beneficia persoluerint, annuatim eis, de Beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate consili, septimam partem iniunctæ sibi penitentia relaxamus.

*Item in
no. ludo.
in sepulchro,
et diuinitat
vires pof.
in*

§. 8. Apostolica quoque auctoritate ob reuerentiam ipsius venerabilis Hospitalis sancimus, vt his qui eorum Fratritatem asseruerint, si forsitan Ecclesie, ad quas pertinent, à diuinis officiis fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepulturam Ecclesiasticam non negetis, nisi excommunicati vel nominati fuerint interdicto, aut etiam publici vsurarij, tumulando deferre ad Ecclesias huiusmodi Hospitalis, & oblationes tam pro eis, quam pro aliis, qui in eorum Cœmeteriis requiescunt exhibitas, sine alicuius iudicis præiudicio retinere. Hoc etiam addito, vt receptiones Fratritatis eiusdem, seu etiam collectarum, salvo iure dominorum suorum, sub B. Petri & nostra protectione consistant.

*Item in
p. 4. an. 6.
&*

§. 9. Adiciamus insuper, vt si eorundem fratrum qui ad eandem fraternitates missi fuerint, vel collectas, in quamlibet Ciuitatem, aut Castellum, vel vicum, aut alium locum deuenierint, si forte locus ille fuerit diuinis officiis interdictus, in eorum iucundo aduentu semel aperta Ecclesia annuatim, excommunicatis & nominatim interdi-

Bullar. A. 1. g. Tom. 1.

ctis exclusis, diuina ibi officia celebrentur, salua in omni-
bus supradictis declaratione Concilij generalis.

§. 10. Ad maiorem quoque mercedis vestrae *in his partibus
hanc cond.*
nihilominus vt supra mandando præcipimus, quatenus
hanc nostram Constitutionem per parochias vestras nunciari propriis literis faciatis,

§. 11. Mandamus etiam vt si qui de Cleris Ecclesiarum vestrarum, prædicti Hospitalis Fratibus cum licentia Prælati & Capituli sui, sponte ac gratis per annum vel biennium si decreuerint deseruire nequaquam impediantur. *Clerici Hospitalis
soli seruire possunt.*

Dat. Perusie, 5. Kal. Maij, Pont. nostri Anno 1.

D. P. A. I. die
17. Apr.